

Mythologia, Venise, 1567 - III, 13 : De Morte

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre III

[Mythologia, Francfort, 1581 - III, 13 : De Morte](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 14 : De Mort](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 13 : De Mort](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - III, 13 : De Morte, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/826>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 73r°-73v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Mort](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

seria, Quixtela, Gracia, Fraus, Pertinacia, Parex, Hesperides, Somnia, quos omnes Erebo & Nocte natos fuerunt. Verum de iis, quæ fabulosæ de Nocte dici solent, satis. Ex illa nuper commemorare posses natæ esse dicuntur. qm̄ inscītia & malitia mortalium, quæ Nox est mentis, omnium prope calamitatum, quæ humanum genus inuidunt, patens est & altrix eum æquitas, tāquam Aquilo leuissimas nubes, has ex hominum conspectu posuit propellere. Hæc enim omnia inscītiam consequuntur, cum ea quoque quæ sunt nature possint nonnihil retardari sapientia, aut certe leuiota effici, ut fētus, amor, fatum, mox, & alia huiusmodi. Noctem antiquissimam appellarunt, quia antequām sol & cœlum fieret, nulla erat lux: quam ex E. e. 10
bo & ab inferis venire sinerunt, cum terram semper circumeat: nam sole in inferiori exili parte sub terra occultato, apud nos vmbram esse terræ necessit, cum nihil aliud sit nox, quam vmbra terre. Hanc in curru vehi sinerunt antiqui, quia nihil cum labore sit diuturnum, & ad narrationis voluptatem. Dicta est eadem mater omnium, quia rerum omnium partum antecellerit, & à nocendo Nox dī, ut quidā voluerunt, quia noctis humor intensus sit hominibus, quod vel in laborantibus scabie, vel febre, vel aliis morbis, patet: qui quidem grauiores hunt, magisq; infestant per noctem. nunc de morte dicamus.

20

De Morte.

Cap. XIII.

Mors cum esset sola propè & potentissima omnium inferorum fatigæ, omnesque mortales ad Acherontem fluuim trahiendos deduceret, nihil propè de se fabulosum audiuit; nisi quod sutor esset Somni, ut scriptam reliquit Homerus in lib. l. Iliadis

*τοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ μετέπειπεν πάντας.**Tum Mortis fratrem Somnum conuenerat ipsa.*

Quodque à Nocte matre sua fuisset educata. Quare memorie prodidit Panfanias in Eliacis apud Eleos in templo quodam feminam expressam fuisse, 30 quæ pueros sopitos sustineret, manu quidem sinistra, album; at dextra alterum nigrum; & hunc dormienti similem distortis pedibus; quorum inscriptions iudicabant, alterum esse Somnum, alteram Mortem: at feminæ quæ illos alebat, Nox erat. Hæc ipsa mors omnium malorum, hæc omnium humanarum calamitatum, hæc omnium dolorum remedium optimum data est hominibus Dei sapientissimi beneficio, quod in illo epigrammate suauiter expressit Agathias;

τὸν διάσπαστον τὸν πόνον, τὸν δεργὸν ποντῆρα;
τὸν πατέρα τοῦ νερού, τὸν παῖδα τὸν πατέρα;
Μήτη δικαῖος παραλίπεται τοῦ πατέρος αἵτινος
ἀδέσποτος τοῦ νερού τρυπανός.
Ἄλι τὸν πόνον, πόλλα τὸν πόνον, πόλλα τὸν πόνον
τρυπανόντας, τοῦ πατέρος πόνον.

Cur timor est vobis genitrix Mortis alma quietis?
Quæ morbos placat, pauperiemque leuat?
Illa semel tantum mortales visere suevit,
Nec quisquam vidit mox redisse virum.
Sæpe recurrentes cum vexent corpora morbi

40

T Mutati,

Mythologiae

Mutari, huc illuc & sine lege fluant.

Hec vna durissima omnium Deorum, maximeque implacabilis habebatur: quæ cum nullius precibus flesteretur, nulla etiam sacrificia, nec templa, nec sacerdotes, nec ritus sacerorum obtinuit. Huius duritiem & implacabilem voluntatem ita significavit **Orpheus** in hymnis.

... ut si pater esset tuus, deo pater tuus astra reges.

Nec prece, muneribus nec tu placabilis vlli.

10 Hanc miris laudibus antiqui sapientes ex culerunt, ut solam portum sedemque turissimam quietis. Hec multis corporis morbis nos liberat, hæc tyrannorum crudelitati suberahit, hæc principibus adsequat, hæc omnibus viris bonis iucundissima accedit, nisi quantum naturæ leges repugnant: neque quam est, quin eam lxxissimo animo excipiat præter sceleratos, qui grauiota se passuros esse post mortem iam nunc viventes augurantur & quasi presentiunt. Huius laudâ amplissimum & uberrimum argumentum habuit **Alcidamus**, qui orationem composuit de laudibus Mortis, de qua quoniam nihil mystice dictum ab antiquis video, reliqua quæ de illa dicuntur fabulosè prætermittere decreui, & de Somno pertradidare.

20

De Somno.

Cap. XIII.

Quod Somnus ex Erebo Nocteque natu sit, dictum est iam superius; cui præter supradictas Mortem sororem etiam addidit Ophæus. Hæc tamen non ab inferis, sed è celo missum fuisse ad Palinurum scripsit Virg. lib. quinto;

Cum leuis æthereis de lapsus Somnus ab astris
Aera dimouit tenebrosum, & dispulit umbras
Te Palinure petens.

30 Hunc alatum esse tradiderunt poetæ, quia celestine vniuersum terrarum orbem peragraret, & leuissimus ac tacitus inopinantum oculos aggredieretur ut ait Tibullus in secundo Elegiarum;

Postque venit tacitus fulvis circundatus alis
Somnus, & incerto Somnia nigra pede.

Illud vero, quod scribitur ab Homero in principio secundi libri Iliadis, non facile intelligo, cur Somnus scilicet à Iove mittatur ad excitandum Agamemnonem, quo armari iubet multitudem; cum sit Somni munus vel magis etiam opprimere somno grauatos, quād excitare. Nisi tamen pro Somno Somnia ibi intelligantur. Hic Somnus facit ut vulnera, ut vincula, ut sesuitatem, ut carceres, ut omnia incommoda mortales, dum adeat, æquo animo ferant, ut omnium malorum obliuiscantur, ut omnes animi curæ solitudinesque recedant, ut ait Euripides in Oreste;

εἰ φίλος ὄπιον θάλαττας, λασινύρη σέπον,
εἰς ἀδύτου πρωτόλιον ἐσέπεισα.
Ἄνθεσσα δέ την τὰς κανάς, ὁκὸν εὐφέν,
καὶ μητέ δέ την γῆν εἰνταχεῖται.
Somne ò leuamen dulce, & cgritudinis
Medea dulcis, ut uenit mi optabilis.
Obliuio malorum, ut apto tempore
Nobis miselliis aduenis iucundaque.

Nobis